



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΗΣΙΟΔΟΥ ΠΟΙΗΜΑΤΑ.

HESIODI CARMINA.

BIBLIOTECA

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

813814

ΗΣΙΟΔΟΥ

ΠΟΙΗΜΑΤΑ.

HESIODI CARMINA.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ ΤΑ ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΤΑ ΜΕΘ' ΟΜΗΡΟΝ.

ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ΑΛΩΣΙΣ ΙΛΙΟΥ.

ΤΖΕΤΖΟΥ ΠΡΟΟΜΗΡΙΚΑ, x. τ. λ.

APOLLONII ARGONAUTICA.

MUSÆI CARMEN DE HERONE ET LEANDRO.

COLUTHI RAPTUS HELENÆ.

QUINTI POSTHOMERICA.

TRYPHIODORI EXCIDIUM ILII.

TZETZÆ ANTEHOMERICA, etc.

GRÆCE ET LATINE
CUM INDICIBUS NOMINUM ET RERUM
EDIDIT F. S. LEHRS.


ASII, PISANDRI, PANYASIDIS, CHOERILI, ANTIMACHI
FRAGMENTA CUM COMMENTARIIS ALIORUM ET SUIS ADJECIT
FRIDERICUS DÜBNER.



PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI REGII FRANCIAE TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

•••
M DCCC XI.



PRÆFATIO.

In hoc septem poetarum corpore Hesiodo Apollonium ac Mu-
sæum subiunximus, ne reliquorum quatuor, qui de rebus Troicis
sunt omnes, interrumpatur ordo. Critica, quam vocant, adhibita
arte novas horum auctorum recensiones exhibendi fortasse ne fa-
cultaſ quidem fuisse, consilium certe non erat. Religiosi autem
editoris esse putavimus, in usum suum convertere, si quid boni
atque emendati virorum doctorum sive ingenio, sive studio nuper
detectum invenerit. Quæ messis poetis nostris haud parcus red-
dedit fructus. Quo factum est, ut omnes, nisi forte Tzetzen ex-
cipere velis, permultis locis correcti, partim novam plane induti
speciem, in lucem prodeant, plurimaque dici possint, quibus
multæ, quas recepimus, lectiones explicitur, nonnullæ defen-
dantur, excusentur non paucæ. Ne tamen modum, qui præfationi
constitui solet, transeamus, de singulis mutationibus in editione
nostra obviis fusius disserere supersedebimus, quas ne enumerare
quidem licebit, nisi ubi id aut paucis absolvendum, aut sine
magno lectorum nostrorum incommodo non evitandum iudica-
verimus.

Göttingianus Hesiodi textus quinquaginta emendationes in The-
ogonia, viginti quinque in Scuto Herculis a nobis receptas egre-
giæ Hermanni recensioni (in opuscc. vol. VI, pag. 142 sqq.) de-
bet. Quum de prisca Theogoniæ forma hodiernæque origine nihil
constet (1), versus longioresve locos transponere, quomodo Her-
mannus hic illic faciendum docet, ausi non sumus, sed satis habui-
mus uncis includere, quæ, quo loco hodie leguntur, carminis te-
norem interrumpunt, sive dispositionis hodierna antiquioris, sive
variarum recensionum, sive interpolationum vestigia sint. Quod ad

(1) Mützellius, quem his in studiis totum esse viri docti noꝝ ignorant, in re-
censione libelli, in quo Sætbeerus quidam sua Gruppiique somnia de primigenia
Theogoniæ specie publici juris fecit (Zimmerm. ephem. a. 1838, num. 10 sqq.),
philologiæ hodiernæ vires difficultati huius quæſtionis pares esse negat.

Scutum attinet, lectores ad egregiam Hermanni disputationem de triplici huius poematis recensione remittamus oportet. Carminis enim intellectui commodoque legentium male consultum fuisse, si nulla addita adnotatione textum dispositioni a viro doctissimo propositæ adaptare voluissemus (1). De tertii, quod superest, poematis Hesiodei natura Lehrsius frater dicitur *Quæstionum epicarum* a. 1837 editarum dissertatione tertia novam exposuit sententiam, quæ, quamvis minus probata a nonnullis, maxime tamen idoneum harum rerum iudicem nacta est defensorem (2). In nostra editione singulas facile agnosces sententias, quas Lehrsius non nisi propter verborum quorundam similitudinem interpositas cum reliquo carmine vix cohærere demonstrat. Quæ idem interpolata esse iudicat, uncis inclusimus; quæ e variis recensionibus manasse vult, indicare non licuit. Multas lectiones in recensione textus Göttingiani ab Hermanno commendatas in nostrum Operum et Dierum textum nova hac ratione dispositum introduci non potuisse apparebat. Quod Hesiodi fragmentorum collectio tam aucta tamque emendata nunc in lucem prodit, id etiam Hermanno debetur, qui, postquam in recensione illa Göttingianam collectionem castigavit multisque locis citatis locupletavit, triginta tria fragmenta addidit nova (l. l. pag. 266 — 271), quæ in editione nostra litera H. notavimus. Accedunt præterea complura, quæ quamquam in Lehmanni *de Hesiodi carminibus perditis particula priori* anno 1828 Berolini edita iam leguntur, a Göttingio omissa sunt, triaque in Crameri anecdotis primum evulgata. Numeros Göttingianæ collectionis sine ulla litera nostris apposuimus, numeris collectionis Lehmanni litera L., collectionis Gaisfordi vel Dindorfii litera D. adscripta est. Fragmentum CXVII Hermannus in præfatione ad Eurip. Helen. pag. XVII correxit, ejusque emendationem recepimus, quamquam Hesiodum ita cecinisse nobis persuadere vix possumus.

In APOLLONIO a Wellaueri lectionibus nonnunquam recessimus. Ex iis, quas editionis Wellauerianæ criticus (ephem. litt.

(1) Versus 144, qualem in una trium illarum recensionum fuisse Hermannus vult, textui suo loco subiunximus.

(2) Hermannum, qui in Jahnii annalibus philologiæ hunc librum atque illam præsertim dissertationem iudicavit. Aliud de eadem dissertatione iudicium in Zimmermani ephem. (a. 1836, pag. 1006 sqq.) sub calce recensionis, quam Julius Cæsar de illo Sætbeeri opusculo scripsit, legere meminimus.

Halenss. a. 1828, num. 305 seqq.) proposuit, has fere recepimus, e codicibus maximam partem haustas, paucas e conjectura: I. 61, ἀριστήν. 176, Ὑπερησίου. 372, πρώρην. 672, ἐπιχνοάουσαι. 806, δορυκτήταις. 812, ἀτημελέως. 881, ταί. 893, ἄν τοι. 1120, ὀχριόεντι· 1161, καμάτῳ. 1176, κακά. II. 87, φυσιόωντες. 375, τρηχεῖα. 427, ἀτζαντες. 504, χθονής. III. 5, τοι. 15, μὲν γάρ. 173, τε. 198, ἀνά. 286, ἐπ'. 410 et 496, φυσιόωντες. 519, ἐπιχνοάοντας, quod non recipere cautius fortasse fuisset; 1009, δέ. 1195, εὐφεγγέος. 1265, ζοφεροῦ. 1331, ὀχριόεσσα. IV. 59, δολέησιν. 202, δ' ἐνί. 271, προχοῆσι. 323, ἔπειτ' et punctum post versum 326; 652, ἐπίσυροι. 690, ἐστ'. 800, εἰσόκε. 1103, ἐφ' Ἑλλάδι. 1212, εἰσόκε. 1260, ἀκηχεμένοις. 1324, μηδ' ἔτι. 1647, τῆς. 1711, τόφρα φαάνθη. Præterea I. 523, ἀρτύνεσθαι. 533, ὑποκλάσθη. 749, ἀμυνόμενοι. II. 28, οἶον. 573, ἔχραγε. 1180, γε et ἢδε. III. 1374, ἐπηῆον. 1384, γούνων. 1396, ἀπὸ, scripsimus e coniectura Struvii, qui anno 1822 in libello scholastico præter has lectiones alias etiam emendationes Apollonii dedit, elegantes omnes, sed fortasse minus veras. Lib. IV. v. 290, τῇλ' Wellaueri coniectura est. Lib. III. 1393, Hermanni ἀρούρης recepimus, quamvis, quid poeta scripserit, haud facile divinaris, vulgata tamen sensu omnino carente. Multas mutationes leviores, ad orthographiam plerumque spectantes, enumerare superseedemus.

MUSÆUS Passowii maximam partem emendationum, quibus ornatus nunc editur, Wernickio debet, cuius coniecturas in commentario ad Tryphiodorum hic illic obvias recepimus has: v. 18 et 252, ἀμφοτέραις. v. 38, βασιλειαν. v. 58, χιονένς (e codd.) et παρειῆς. v. 210, ἐμοὶ τινα. v. 272, ταδ' ἔειπεν. v. 309, χειμερίαις. Eodem Wernickio suadente v. 53, ἀθανάτοισιν ἄγειν, et v. 118, θαρσαλέη, e codicibus dedimus. V. 81, ἐν Hermanni coniectura, v. 271, παρακάτθεο eiusdem emendatio est e codicibus sumpta (vid. emendd. ad Coluth. v. 278, opuscc. vol. IV, pag. 223). V. 219 antiquam lectionem, εἰ ἐτεὸν δ' ἐθέλεις, restituimus (vid. Græfii *coniectanea in Musæum*, post Coluthum Schæferi, pag. 259).

COLUTHO post viri cl. Stanislai Iuliani editionem e Bekkeri recensione denuo impresso contigit ante hos undecim annos, ut Hermannus operam suam ei præstaret. Is elegantissimas huius poetæ emendationes anno 1828 edidit (repetitas in opuscc. vol. IV, pag. 205 sqq.), quarum multas in usum nostrum convertendas putavi-

mus, neque tamen eas, quas sagax viri egregii ingenium excogitavit, quod antiqua lectio putida esset, nimis languida, minus elegans, etc. Alias etiam nonnullas coniecturas non recipiendas iudicavimus, ut v. 17, τοῖσι, quia ante hunc versum aliquid excidisse probabilius nobis videtur, quæ suspicio in his carminis centonibus facillime movetur. In iis, quæ Hermannus de v. 46 sqq. disputat, illud certe verum est, Lennepii εὐρέα ineptum esse, de reliquis vero, quæ addit, longe aliter sentimus. Si quid de nostro in textum introducere voluissemus, ὅξεα scripsissemus. Qui cum Hermanno in corrupta vulgata codicisque Mutinensis lectione vocem οὐδας agnoscere vult, is coniiciat poetam scripsisse οὐδας ἄχαμπτον aut ἄχαρπον. Spatiis illis, quæ inter duos versus passim vides, lacunas indicavimus in hoc poemate, verius dixeris, in his poematis fragmentis non raras.

QUINTI textum plane novum lectoribus nostris tradimus. Quamquam hic poeta alterum Rhodomannum frustra adhuc expectabat, novaque editione, quam Spitznerum et Kœchlyum coniunctis viribus parare accipimus, magnopere indiget, tamen triginta duobus his annis post Tychsenii editionem magna moles emendationum Quinti hic illic dispersarum accumulata est, in quibus non pauca invenies, quæ Rhodomannus, adeo Pauwijs recte viderat, Tychsenius neglexit. Ecce subsidia, quibus instructi Posthomericorum textum recensuimus. Multa egregia in Hermanni Orphicis insunt, nonnulla utilia in Wernickii commentario ad Tryphiodorum, multa bona in Spitzneri observationibus in Quintum ad calcem libri, quem *de versu Græcorum heroico* scripsit, anno 1816 editis. Eiusdem auctoris *observationum in Quinti Posthomericorum* particula prima et altera Vitebergæ a. 1815 prodierunt, tertia anno 1837 in Zimmermanni ephemeridibus (num. 143 sqq., pag. 1161 sqq.) (1), postquam Bonitii *symbolæ criticæ in Quintum Smyrnæum* ibidem anno 1836 publici juris factæ sunt. Struvius in compluribus libellorum scholasticorum, quos inter annum 1817 et 1822 Regimontii edidit, egregias Quinti emendationes proposuit (2). Glasewaldi *coniectanca* in poe-

(1) Spitznerus omnes, quas de Quinto scripsit, observationes in uno volumine coniunctas nuperrime edidit.

(2) Quo rariora hæc Struvii opuscula sunt paratuque difficiliora, eo maiores gratias lectores nostri habebunt viro clarissimo et humanissimo *de Sinner*, qui bibliotheca, quam habet opulentam atque exquisitam, integrum illorum collectionem nobiscum communicavit.

tam nostrum anno 1817 Vitebergæ evulgata non vidimus. Quum tamen ab aliis interdum laudentur, nihil eorum, quæ bona insunt, nos fugisse putamus. Lehrsius, a quo pauci Quinti loci in *quæstionibus epicis* emendati sunt, magnum numerum emendationum per literas nobiscum communicavit, cuius benevolentia verbis nostris lectorumque nostrorum gratias amantissimo fratri agimus. Idem nos monuit, poetæ nostri libros Eustathio auctore (ad Iliad. pag. 4) Λόγους esse inscribendos. Novissimum idque optimum subsidium ad emendandum Quintum Kœchlyus nuper suppeditavit, qui codice Monacensi denuo collato *Emendationes et annotationes in Quintum Smyrnæum in actorum Societatis Græcæ, quæ Lipsiæ floret, Vol. II. Fasc. I.* anno præterito in lucem emisit. Nisi hic fasciculus sero ad nos pervenisset, prior Posthomericorum pars bonis nonnullis lectionibus fuisse locupletata, quas recipere non amplius licitum erat. Iam nostræ editionis lectiones a textu Tychsenii recentes hic subiungimus, prætermissa permagna copia correctionum minoris momenti ad accentus, ad orthographiam atque interpunctionem pertinentium. Legitur enim

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
L. I. v. 2. κέκενθε	κέκενθει	v. 426. τῇ	τῇ
v. 11. ὑπαῖ	ὑπὸ	v. 434. ἐπ'	ὑπ'
v. 22. ἐδν	ἐδν	v. 443. αῦ	αὐθ'
v. 32. νυ	τιν'	v. 448. κείναι	κείνη
v. 39. ὑπαῖ	ὑπὸ	v. 457. ἔξαρχῆς	ἔξ ἀρχῆς
v. 44. κυνανῶπις	κυνανῶπις	v. 468. ἐπεντύνεσθε	ἐπεντύνεσθαι
v. 58. ἐρατεινὸν,	ἐρατεινόν·	v. 490. κέδασσεν	κέδασσεν
v. 60. ὑπαχλύνθη	ὑπηχλύνθη	v. 492. κέκλιτο	κεκύλιστο
v. 99. τοῖα	τοῖον	v. 504. ἀφραδίστη	ἔγχείησι
v. 136. ἐν	ἐνι	v. 505. Λαομέδοντος	λαὸν ἐλόντες
v. 147. ἔθετ'	ἔθετ'	v. 529. Δηῆχον, ἡδὲ	Δηῆχον τ' ἵδ'
v. 159. βουπλῆγα, τὸν	βουπλῆγ', δν	v. 542. θορεῖ	θόρη
v. 166. δάσσετα	δάσσετον	v. 558. ἴκεσθε	ἴκεσθον
v. 167. τε, τὸν	θ', δν	v. 563. Ἡ. μέγα τοι δ'	Ἡ μέγα τοι δ'
v. 168. κιοῦσα	κιούσῃ	v. 575. ἐπέεστιν	ἐπέεσσιν
v. 179. Ἡ δ' οἰη	Οἰη δ' ἦ	v. 583. ἐτλῆς	ἐφῆς
v. 190-200. θεῆσιν· Ἐκπά-	θεῆσιν Ἐκπάγλως, ἦ	v. 596. μελέεσιν	μελέεσσιν
γλως δ' ἦ σεῖο, θεοῦ	σεῖο θεουδέος ἐστὶ γενέ-	v. 598. δύσαν	δύσαν
γένος, ἐστὶ γενέθλης·	θλης·	v. 613. ὑπαῖ	ὑπὲρ
v. 217. λαβόντες	βαλόντες	v. 615. ἥδ'	ἥ
v. 246. ἐν	ἐνι	v. 673. τετρυγμένοι, αἰψά γε	τετρυμένοι ἄψεα
v. 254. Θερμώδουσαν	Θερμώδοσσαν	v. 677. δεικτυπέοντι	ἐπικτυπέοντι
v. 259. ὀκρύσεντι	ὀκρύσεντι (1)	v. 715. ἀθανάτοιο	ἀκαμάτοιο
v. 286. πολυγάμπτησιν	πολυγάμπτοισιν	v. 723. ἥκαχε	ἥκαρε
v. 287. ἐν	ἐνι	v. 724. οὖνεκα	εἶνεκα
v. 308. κυδοιμὸς	Κυδοιμὸς	v. 727. μέμβλετο	μέμβλεται
v. 310. θανάτοιο	Θανάτοιο	v. 752. δηῆ	ἐπεῖ
v. 326. οἱ	ώς	v. 753. θέμις ετ ἀτη	Θέμις ετ Ἀτη
v. 341. μιν	οι (2)	v. 759. προπάροιθεν	ποπάροιθεν
v. 370.	in uncis.		

(1) Ad v. 256 Struvius: «Perpetuus, inquit, poetarum usus postulare videtur δορ.» Qua admissa mutatione τὴν esse scribendum Lehrsius vidit. Conf. IX, 259, ubi Kœchlyus vulgatam (δόρου) defendit.

(2) Lehrsius vult μετ'. Idem ad v. 336: «βίην, fortasse λίγη.»

PRÆFATIO.

IN TYSCHSENI EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYSCHSENI EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 761. ἔξεραάνθη	ἔξεραάνθην	v. 440. ἐπιστάμενος	ἐπιστάμένως
v. 793. μένος μέγα	μέγα σύνθενος (1)	v. 443. ἐπεσυμένως	ἐπεσυμένω
L. II. v. 6. σκοπίασκον	σκοπίαζον	v. 452. αὐτῇ σύν φήμῃ	αὐτῇ καν φήμῃ
v. 30. πῶ	που	εἰ μεγάθιμον	τάχα θυμὸν
v. 48. δρυντ'	ώρνυτ'	v. 457. περιώστος	περιώσιον
v. 55. οὐ μὲν	ημὲν	v. 464. δρελέν με	δρελόν με
v. 59. ἐνὶ	μετὰ	v. 467. ἀγανός τε	γεραρούς τε
v. 61. δρελέν, καὶ	δρελον καὶ	v. 469. δ' Ἐντικεν	δὲ θικεν
v. 80. μαρναμένῳ	μαρφαμένῳ	v. 480. πένθος	θυμὸν
v. 127. Μέμνων	Μέμνων	v. 481. λευγαλέον· τόμε εἰθε	πένθος λευγαλέον· τό
v. 163. τάχα	τοῖς	v. 502. ἀκάχησας	ἀπάρησας
v. 165. ὁν	ὅν	v. 526. δ'	δη'
v. 169. δχέεσφι	δχέεστι	v. 538. οἰον, δτ'	οἰόν τ'
v. 174. κεν	καὶ	v. 614. δν	τὸν
v. 187. ὑστερος	ὑστατος	v. 619. ἀλλοτε	ἄλλ' δτε
v. 196. ἀπαν' οἱ	πᾶν' τοι	v. 661. θατὴν	θεάν
v. 200. ἔσαν ετ ἄγια	ἴσαν ετ ἄγια	v. 665. Αλλ' δτε	Καὶ τότε
v. 224. θηγόμεν' ετ πάρος	θεινόμεν' ετ πυρὸς	v. 714. ἐν πνείοντες	ἐντνείοντες
v. 232. βαρὺ	βαθὺ	v. 716. δ' ἔγιγνετο	δὲ γίγνετο
v. 233. οἱ γ'	οἴγ'	v. 783. τὰ μὲν	τά τε
v. 289. γάρ	δὲ	L. IV. v. 6. σχεδὸν	πέδον
v. 300. ἔτι ἐλθέμεν	ἔτ' ἐπελθέμεν	v. 17. αὐ	αὐθ'
v. 314. μόγου	μόθου	v. 22. η	τοῦ
v. 320. Μέμνων	Μέμνων	v. 27. ἐπέδραχεν	ἐσεδραχεν
v. 339. τοὶ	οὶ	v. 33. αὐ	αὐτ'
v. 361. μοῖρα	Μοῖρα	v. 46. δ' ἐγήθεον	δὲ γῆθεον
v. 421. προφερεστέρα	προφερεστέρη (2)	v. 70. δῆτ'	δαιτ'
v. 446. βεβλημένος	βεβλημένον	v. 93. θδεται	θλεται (4)
v. 495. ὑπέρεραχεν	ἐπέρεραχεν	v. 146. δσσ'	δς δ'
v. 520. οὐ μὲν ετ οὐ δ'	ημὲν ετ ηδ'	v. 168. ἔσσυτο	ἴστατο
v. 543. ἀπρ	αίμα	v. 185. οίδε	δοιοι
v. 546. ἐπεσμαράγησε	ὑπεσμαράγησε	v. 249. δένδρ'	δένδρε'
v. 602. θέρους	θέρευς	v. 265. ἐν	ἐνὶ
v. 618. οὐτ' ἀρ' ετ ὑπίσατο	οὐ γάρ ετ ὑπίσατο	v. 277. γ' ἐτέρπετο	τε τέρπετο
v. 665. δα Πληνιάδες	μὲν ἀρ' Ἡλιάδες	v. 311. κρατερώτερος	κρατερώτατος
v. 666. ωίε	ἡιε.	v. 326. ἐνεγγυς	ἐγγύς
L. III. v. 28. δ' ἔθηκε	δὲ θῆκε	v. 364. ήλαστε	δλαστ
v. 49. ἡκακες	ἡκαφες	v. 383. Ιάσονος	Ιάσονος
v. 57. έ	οι	v. 396. ἀμφιτετρυμμένα	αίψα τεθρυμμένα (5)
v. 58. ούδ'	ούτ'	v. 400. προπάροιθε	τυπάροιθε
v. 65. ὑπέρ	ὑπὲκ	v. 416. ἐπαλγύνεσκε	ἐτ' ἀλγύνεσκε
v. 69. τήτω	στήτω	v. 420-421. ἀπόνητο, ἀγλάον'	ἀπόνητο· ἀγλάον —
v. 70. τοι	οι	v. 441. θέρους ἐύθαλπέος	θέρευς εύθαλπέος
v. 94. οι δὲ	ἡδὲ	v. 446. μὲν	μιν
v. 114. σχέτλιε	σχέτλιος	v. 487. θευσσον	θενεσσαν
v. 159. ἥριπε γαίης	ἥριπε, βαιδὸν	v. 488. ίδμονι πυγμαχίης	ίδμονι, παμμαχίης
v. 169. τίσεσθ'	τίσετ' ἀρ' (3)	v. 522. Ἐνθορον'	Ἐκθορον'
v. 184. έ	οι	v. 559. ἐν	ἐνὶ
v. 190. ἀρήγετε	ἀρήγοιτ'	L. V. v. 14. ἀμφιτέτυκτο	ἀμφιτέτυκτο
v. 210. πόλιν ετ ειρύσαντες	πτόλιν ετ ειρύσωμεν	v. 35. θανάτου	θανάτου
v. 222. τε	ρά θ'	v. 36. θυμίναι	θυμίναι·
v. 223. ὑπαὶ	ὑπὸ	v. 72. μειδιόω'	μειδιόων
v. 295. δῃ	δῆτ'	v. 125. κ'	τ'
v. 304. ναιετάσκεν	ναιετάσκεν	v. 126. νύ κεν	νῦν
v. 319. ἀπαι	ἀπὸ	v. 127. μετενάδεν	μέγ' εναδεν
v. 340. ἐμπνείοντα	ἀμπνείοντα	v. 134. ίδομενη' αὐτὸν,	ίδομενη κλυτὸν,
v. 379. οἱ	οἴγ'	v. 145. δώῃ	δώῃ
v. 386. εύτε	ἔστε	v. 169. ἀνέρα, δητινα τῶνδε	δητινά κεν τῶνδ' ἄνδρα
v. 409. τ' αὐ	δ' αὐτ'	v. 176. ἐρατεινήν'	ἀλεγεινήν'

(1) V. 792 Struvius συγχείσθαι coniecit pro συγχεύσθαι.

(2) V. 391 οι pro altero moi scribendum esse coniicimus.

(3) Olim τίσετε, Hermannus voluit τίσαιτ'. Suamne lectionem Tychsenius sine codice e iudicio suo, an e codice hau serit sine iudicio, nescimus.

(4) Spitzneri emendatio. Struvius et Bonitius maluerunt φρεσὶ μήδεται, Lehrsio κήδεται in mentem venit. Mox v. 168 ίστατο Lobeckii conjectura est ad Aiac. p. 156.

(5) Struvius, cui haec emendatio debetur, αίψα dubium esse ipse confitetur, Lehrsius αὐθὶ fortasse scribendum coniicit.

PRÆFATIO.

xi

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 212. ἔχεις	ἔχεις	v. 250. καρήκτα δ'	κάρη δέ οι
v. 216. μὲν πόσεις	μοι ὑπεικε	v. 258. ἀλλοθεν	ἀλλοθεις
v. 240. οὐτιδανόν εἰ ἀργαλέον	ταρβαλέον οὐτιδανόν	v. 283. αὖ	αὐθ'
v. 249. ζεύγλης	ζεύγλης	v. 298. ἐωλπεν	ἐόλπεν (1)
v. 256. ἐυσθενέας	ἐυσθενέας	v. 317. Πολυδάμαντα	Πουλυδάμαντα
v. 281. μητιώντο	μητιώνται	v. 329. αὐτῶν ἡδ'	αὐτῶν τ' ἡδ'
v. 299. καταβοσκομένοισιν'	κάτα βοσκομένοισιν'	v. 384. τῷ δ' ἔπι	τῷ δ' ἔρ δ'
v. 354. ἀλλά γ'	ἄλλ' ἄρ'	v. 388. σχέτλιος,	σχέτλιος,
v. 359. ως	ως	v. 392. δς	δς
v. 362. δρεῖεν·	Ἐρεῖεν·	v. 418. ἐτι θληγ	ἐτι θληγ
v. 386. ἡδε	ἡδε	v. 457. τετυγμένα	τετυμένα
v. 388. βίη	βίη	v. 474. δ' ἔκεινο	δὲ ἔκεινο
v. 393. ὑπέβραχε	ὑπέβραχε	v. 485. τετυγμένη	τεταμμένη
v. 394. ὑπετρομέσοκον	ὑπετρομέσοκον	v. 500. δὴ τότε γ'	δή φα τότ'
v. 399. ἐπεὶ	ὅτι	v. 526. ἐμπνείοντα	ἀμπνείοντα
v. 422. ἥκαχε	ἥκαρε	v. 532. ἡδὲ	ἡδὲ
v. 435. ὑποπτώσσουσι	ὑποπτώσσωσι	v. 533. ἀολλίσσωσ'	ἀολλίσσωσ'
v. 436. δτ'	δ δ'	v. 544. ἀρίδηλος	ἀρίδηλος
v. 444. κύων·	κύων·	v. 580. Ἐχέμμονα δηιοτῆτι	ἐλών ἀνὰ δηιοτῆτα in uncis.
v. 457. λόλον	δόλον	v. 592.	ἐπισπόμενος
v. 460. ἐπιβήμεναι,	ἔτι βήμεναι,	v. 602. ἐπεσύμενος	ἐνι
v. 469. χείρεο'	χερσίν	v. 604. ἐνα	Μόσυνον
v. 470. δὲ καὶ	δὲ καὶ	v. 631. Μόσυνον	ὑπαὶ
v. 492. ὀδύρομένοις εἰ δῖον	ὀδύρομένων εἰ δῖαν	v. 38. πόνου	γρου
v. 509. ἐξλαβεν	ἐξλάβη	v. 57. ἔζεεν	ἔρρεεν
v. 517. δφρα με	δφρ' ἔμε	v. 65. τεθνεότες	τεθνεῶτες
v. 523. ἀπάντων	ἀνασσαν	v. 71. θεῶν ἐν	θεῆς ἐνι
v. 524. ἀνασσαν ἔμεν, δσων	ἀπάντων ἔμμεν, δσων	v. 77. πνοιῆ	πνοῆς
v. 550. νῦν μὲν	μέν μοι	v. 78-79.	lacuna. (2)
v. 554. ἀνδρέσσιν	ἀνδράσι οι	v. 79. οὗτοι εἰ ἀλλος	οὗτι ει σκολιός
v. 555. ἐπ'	ἐν	v. 137. φάραγγας	φάραγγος
v. 583. θετην,	θεάν,	v. 163. μίνην	μίαν
v. 587. καὶ	οι	v. 175. προπάροιθε	προπάροιθε
v. 611. ἀμφικάνωσιν	ἀμφικάνωσιν	v. 196. τεύχεα	τεύχεσι
v. 619. πέρι δινήσαντο·	περινήσαντο·	v. 247. ἀτροπος ει μοῖρα,	"Ατροπος et Μοῖρα, (3)
v. 622. καὶ	οι	v. 248. ὑπέκλαστε	ὑπέτμαγε
v. 649. πολύκμητος	πολυκμῆτου	v. 254. δρνυτο·	ῳρνυτο·
L.VI.v. 35. ἐπ	ὑπὲκ	v. 261. πυμάτων	μυχέτων
v. 54. ἀνέρας, ἡδ' ἵππους,	αὐτοῖς ἡδ' ἵπποις,	v. 264. ὑπ' ἀργαλέης θυμίνης,	κατ' ἀργαλέας θυμίνας,
v. 81. καν	καὶ	v. 285. ομνεκα	τοῦνεκα
v. 99. βαλόντες,	βαλόντο,	v. 290. οῦνεκ'	εῖνεκ'
v. 114. ἀποσκοπίαζον	ἀπὸ σκοπίαζον	v. 299-300.	lacuna. (4)
v. 126. θμενοι	θμεροι	v. 340. μεγάλας	κταλάς
v. 131. ἐσπετο	ἐπλετο	v. 348. λαοῦ	Ἄλλοι
v. 145. καδ'	καὶ	v. 372. ἄρ'	ἄν'
v. 149. θρετο	ειρετο	v. 381. φέρων, καὶ δσ'	φέρων κλέος (5)
v. 151. ἐνθ' ἀρα	ἐνθεδ' δρ'	v. 395. πολυρροθίσιο	πολυρροθίσιο
v. 183. ηὔχοντο	εὔχοντο	v. 426. δὲ	δη
v. 194. ισαν	δύσαν	v. 436. νεάς	νεᾶς
v. 209. ἐπι	ὑπὸ	v. 488. η μὲν	ημὲν
v. 214. μὲν	φα	v. 475. μὲν ἐπέπλετε	σφίσιν ἐπελετο
v. 224. ἐσίνυτο	ἐσίνυτο	v. 483. τε ίδε	τ' ἡδε
v. 225. χρυσοῖο	χρυσοῖο	v. 485. αἰψ',	αἴψ
v. 227. Στυμφαλίδες·	Στυμφαλίδες,	v. 498. ὀχριόεσσαν	όχριόεσσαν
v. 247. ὑπὸ	ἐπὶ	v. 510. ἀνδρῶν,	αὐτῶν
L.VII. v. 28. ὑπὸ			
v. 38. πόνου			
v. 57. ἔζεεν			
v. 65. τεθνεότες			
v. 71. θεῶν ἐν			
v. 77. πνοιῆ			
v. 78-79.			
v. 79. οὗτοι εἰ ἀλλος			
v. 137. φάραγγας			
v. 163. μίνην			
v. 175. προπάροιθε			
v. 196. τεύχεα			
v. 247. ἀτροπος ει μοῖρα,			
v. 248. ὑπέκλαστε			
v. 254. δρνυτο·			
v. 261. πυμάτων			
v. 264. ὑπ' ἀργαλέης θυμίνης,			
v. 285. ομνεκα			
v. 290. οῦνεκ'			
v. 299-300.			
v. 340. μεγάλας			
v. 348. λαοῦ			
v. 372. ἄρ'			
v. 381. φέρων, καὶ δσ'			
v. 395. πολυρροθίσιο			
v. 426. δὲ			
v. 436. νεάς			
v. 488. η μὲν			
v. 475. μὲν ἐπέπλετε			
v. 483. τε ίδε			
v. 485. αἰψ',			
v. 498. ὀχριόεσσαν			
v. 510. ἀνδρῶν,			

(1) Idem mendum sæpius nobis tollendum erat, ut v. 21; VII, v. 692, etc.

(2) Lacunæ, quas in nostrum textum introduximus novas, solo spatio, quas Tychsenii editio iam habuit, asteriscis notantur.

(3) V. 224, quem Tychsenius primus exhibuit, παρατεκτήνασθαι vix recte habet. Coniicimus poetam scripsisse προπάροιθε ταῦνεσσαι τε τιτζανιν τε τιτζανι.

(4) Quam lacunam ex Homeri Od. λ. 129 facile explendam Lehrsium vidit.

(5) Spitznerus χάριν voluit. Nos Lobeckii emendationem receperimus, nihil dubitantes, quin epic poetæ, qui διάλειχεν κλέος, κύδος φέρειν ει κύδος διάλειν (conf. noster XII, 252, 265, 273) dicebant, φέρειν κλέος dicere potuerint.

PRÆFATIO.

IN TICHSENII EDITIONE .	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TICHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 532. ἀήρ·	αἰθήρ·	v. 301. ἐπέπνευσεν	ἐνέπνευσεν
v. 547. καναχὴ εἰ πέρι πέτρη, καναχὴ εἰ πέρι πέτρη,	δύμεναι	v. 311. ἐρυμῆ	ἐρεμῆ
v. 549. βίμεναι	δέος,	v. 324. ἐπιτέρπετο	ἐπετέρπετο
v. 584. δῖον,	κύστεν	v. 330. ἡγανέοισιν ἐπέργα- σεν	ἡ ρά θεοῖσιν ἐπερρά- σατ'
v. 640. κύστεν	φάΐς κεν εἰ είναι	v. 336. οἱ	τοι!
v. 650. φήτασκεν εἰ ἔμμεν,	ἄρα	v. 376. οὐνεξ' οἱ Ἐλκο; ἔμελ- λεν εἰ τιέτηαι,	οῦνεκά οἱ μέλαν Ἐλκο;
v. 653. ἄρ-	κεκεύθει	v. 382. ὑπὸ βρωθέντα θαλάσ- σης	ὑποβροθέντα θαλάσσην
v. 656. κέκευθε	ποτὶ	v. 384. ἀπὸ στυφελοῖο,	ἀπὸ στυφελοῖς —
L.VIII.v. 4. περὶ	μαψιδίη	v. 392. παρέχειτο γε	παρεχέχειτο
v. 11. μαψιδίη	lacuna.	v. 409. ἥροντ'	είροντ'
v. 41-42.	δὲ	v. 420. μέγα	μάλα
v. 48. δὴ	ναιετάσκε	v. 467. ἀμφὶς ἔγρισαν	ἀμφὶς ἔχρισαν
v. 79. ναιετάσκε	'Εν δ'	v. 469. οἱ	τοι
v. 99. 'Ενθ'	ναιετάσκε	v. 496. a Rhodomanno in- ventus.	lacuna.
v. 103. ναιετάσκε	δέ εἴ	v. 501. ἄλλη·	ἄλλη·
v. 137. δὲ	ἄκρον ὕδωρ	v. 502. αἰσαν,	αἰση,
v. 157. ἀκρονύχων	δχέεσσι	v. 519. εἴπουν τις	τῶν εἰ τις
v. 235. δχέεσσι	δς τοπάροιθεν	v. 520. πέλεται νόος ἀνδρά- σιν ἐσθλοῖς,	νόος ἀνδράσι γίνεται ἐσθλοῖς,
v. 303. δς τε πάροιθεν	ναιετάσκε	L. X. v. 30. ἀλλὰ γ'	ἀλλ'
v. 304. ναιετάσκε	ἔδρακε γιαν.	ει ἀλευομένους	μεγ' ἀλευομένους
v. 315. ἔδρακεν αἰαν.	περιβρίψῃ	v. 32. έτι	έπι
v. 332. περιβρήσσῃ	τυτθῆ	v. 42. τοι ει κάκεινῳ	κεν ει καὶ κείνῳ
v. 333. θάττον	Τρωσὶν ει ἄλλον (1)	v. 54. ὡμοις	ώμους
v. 337. Τρώας ει ἄλλους	λαοῦ ἐπαισσοντος:	v. 64. δρύνοντες	δρύνοντες
v. 338. λαοῦ ἐπαισσοντας:	lacuna.	v. 66. ως που	ώς ή
v. 339-340.	έσεισε· (2)	v. 67. εἰαρος	χείματος
v. 345. ἔδεισε·	ἄπαρ	v. 68-69. — φύει, ἡδ' ὥστε δι' ἀζαίένες ξυλόχοιο Πύρ	— χείει, ή ώς δι' ἀν' ἀζα- λέην ξυλοχον πύρ Αιθό- μενον: βρομέει, ή ώς —
v. 377. ἄρα	τείχεσσιν	v. 73. ἄλλον	ἄλλωφ
v. 378. τείχεσσιν	νιφάδεσσι	v. 81. Γιαλον, εύγλωχινι	"Γιαλον, εύγλωχινι
v. 381. νεφέεσσι	νιφάδεσσι	v. 87. Χέδιον τε,	Σχέσιον τε,
v. 400. οἱ ἡγελε θυμόδος ἀμύνειν	ἀμύνειν ἡγελε θυμῷ	v. 89. Γαηνόν,	Γαληνόν,
v. 412. ἐτέρωνεν	ἐτέρωσε	v. 91. ἀμα πίονι	ἄμ' ἀπείρον:
v. 436. ἐν	ἐνι	v. 126. ναιετάσκεν	ναιετάσκεν
v. 438. κραδίη	κραδίη	v. 131. πονέουσαν	περ ἐούσαν (4)
v. 459. πάντας ει ἐπει	παντ' ει ἐπειή	v. 132. δ' ἄρ'	γὰρ
v. 484. ἀνέμβατον	ἀνάμβατον	v. 135. κείνο δ' Ιησι	ει δ' ἐπίροθι,
L.IX.v. 2. ἀπείριτος	ἀπείριτον	v. 136. ἵκηται,	Ιησαι,
v. 55. οὐδέ σ' ἔγω περ	οὔτε σ' ἔγωγε	v. 139. καὶ μιν δει σπαίρου- σαν	καὶ ρά μιν ἀσπαίρου- σαν (5)
v. 81. αὐτὸν	αὐτοῦ	v. 143. Φύλαις εύζωνος	Φύλαις εύζωνος
v. 83. δλέσση·	ἔλάσσῃ·	v. 155. δνευ·	δνευθ'
v. 88. μοῦνος	μοῦνον	v. 172. πέτρος,	πέτρρης,
v. 110. ἐντύναντο	ἐντύνοντο	v. 194. ως ἐτέδην καύσαιτο,	ώς ἐτέδην, κεκέδαστο
v. 114. παρανήσε	παρενήνεε	v. 241. μέγας	μέλας
v. 119. αὐτοῦ.	αὐτοῦ.	v. 241. έτι έμιμνε	έτι μίμνε
v. 132. μίη	μίγη	v. 250. ἐννεσίγ	ἐννεσίγ
v. 134. ἔγχει	ἔγχεσι	v. 276. βεβλημένος	βεβολημένος
v. 160. ὑπέρχετο·	ὑπώρχετο·		
v. 195. αῦθις	αἰὲν		
v. 241. ἐτέρωθι	ἐτέρωθε		
v. 259. δόρυ	δορὶ		
v. 260. ηερα	omissum,		
ει τοῖον φάτο μῦθον.	ποτὶ τοῖον μῦθον έιειπεν.		
v. 298. δὲ βοήσας	δ' ἐβόησε		
v. 299. Τρώεστι	Τρωσὶν δὲ		

(1) Lehrsius ad hunc versum: « ἐτίνυτο, fortasse ἐσίνετο. » Conf. VI, 224.

(2) Egregiam hanc conjecturam vir cl. C. Lachmannus communicavit cum Lehrsio, amico suo, qui ipse coniecerat ἔρισε.

(3) Ad v. 347 Lehrsius: « ἀπαναίνεται fortasse ἀγριαίνεται. »

(4) Orellius in epistolis philologicis (pag. 407) præter hanc emendationem tres alias (X, 105; XII; 580; XIII, 159) proponit, quas recepimus. — Quum in nonnullis codicibus huius versus lacuna verbo ἐτέρετο expleatur, ea- que, quæ sequuntur, cum præcedentibus vix cohaerant, cui malo Kœchlyi conjectura non medetur, plura excidisse suspicimur poetamque huiuscmodi aliquid scripsisse:

ἀθανάτην περ ἐούσαν ἐτέρετο δ' οἱ φίλοι ίτορ,
πρὶν καίνω φιλότητι μιγήμεναι, ής έτι νῦν περ
εύνης σῆμα κ. τ. λ.

(5) Kœchlyi conjectura. Lehrsius voluit μένει σπαίρουσαν vel μένει ἀσπαίρουσαν.

PRÆFATIO.

XIII

IN TICHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TICHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 277. νούσῳ, καὶ	νούσῳ τε καὶ	v. 99. κάρτεος	θάρσεος
v. 309. μεγάροισι, μεγ' ἀ-	μεγάροισιν ἀσπετα	v. 103. ἡ Διός	ἐκ Διός
σπετα		v. 106. γένος ἀμφίλιποντα,	ἴδος αἰπὺ λιποῦσα
v. 357. ἐμπροσθεν εἰ ἐμβεβα-	Ἐντοσθενει εἰ ἐμβεβαίης·	v. 111. ἔνδοθι	ἀγχόθι
υίας·		v. 124. ἐς	ἐν
v. 379. προπάροιθεν	ποπάροιθεν	v. 127. δεύοντο	δεύοντ' ἐκ
v. 398. με ἀσπετον	μ' ἀσπετον	v. 135. δικρύσεντι	δικρύσεντι
v. 405. ἐδάμασσα	ἔδαμ' αἰσα	v. 164. ἐπὶ	ποτὶ
v. 406. οὐ γοώσα	οὐτὶ γοώσα	v. 176. ὑπεσμαράγησε	ὑπεσμαράγησε
εἰ τόσσον, δσον	τόσον, δσον ἄρ'	v. 186. οὐδεος	οὐρεος
v. 408. κείνη	κείνον	v. 188. περὶ	διφ'
v. 409 ει 410. ἡδὲ	αι δὲ	v. 198. ἐν	ἐκ
v. 413. κώκυσεν,	κώκυσ',	v. 209. ἡμέας	ἡμέας
v. 428. δρελόν ποτε	δρελον τότε	v. 212. γαῖη ἀπειρεσίη·	γαῖη ἀπειρεσίη·
v. 431. ἡώς·	αιών·	ει ἅμμιν	ἅμμιν
v. 435. εὐπέπλους	εὐπέπλους	v. 220. νῦν εἰ ἀκριτόμυθοι,	κλυτοὶ εἰ ὁδριμόθυμοι,
v. 459. μαχρὸν πέρι κώκυ-	μόρον περικωκύεσκον.	v. 224. τι	κε
σκον.		v. 236. μίμνεται	μίμνειν
v. 465. βοήσατο	γοήσατο	v. 257. τοι	που
L.XI. v. 6. ἡδὲ	οι δὲ	v. 258. πολέμου	πολέμοιο
v. 9. ἵκελοι	είκελοι	v. 260. αὐ	αὐθ'
v. 23. δῆ	δῆ	v. 275. Νέστωρ	Νέστορ
v. 25. ἄνίη	ἄνίης	v. 277. τις	τοι
v. 56. ἐς δορὶ	δορὶ	v. 284. μὲν	τὸν
v. 59. ἄμα πέπτατο	ἄμ' ἀπέπτατο	v. 301. δ' ὥπ' Ἀρη	κεν ὥπ' Ἀρει
v. 63. αἰνὸν	αἰνοῦ	v. 313. οὔρει οὔτε	οὔρει τ' οὔτε
v. 66. ἐπὶ	τότε	v. 315. δ' ὁ	δὲ
v. 103. τῷ	τοῦ	v. 323. Ἀντίμαχος	Ἀντίμιχος
v. 123. ὑπαῖ	ὑπὸ	v. 331. ἡ μὲν	ἡμὲν
v. 136. δοῆς	δοῆς	v. 333. αὖ	εῦ
v. 161. δ' ἄρ' ιαίνετο	δ' ιαίνετο	v. 343. ἔργω ει ἀνακτας	ἔργον ει ἀνακτες
v. 173. ἐστυμένως	ἐστυμένους	v. 394. γνῶναι	γνώμεναι
v. 194. λείπεν ει κρεμαστὴν	λίπεν ει κρεμαστὴν,	v. 410. εἰθεεν	εἰθεται
v. 195. ἐμπεφυσίαν	ἐκπεφυσίαν	v. 414. θεῇ λευκαὶ δὲ	θεᾳ γλαυκαι δ' ἄρ'
ει ἐγνάμπτοισι χα-	ἐγνάμπτοι χελινοῦ,	v. 430. περιστενάχοντι	περιστενάχοντο
λινοῖς,		v. 445. τῷ	τοι
v. 208. οὓς, ἀμοτον	οὓς τ' ἀμοτον	v. 453. κικλήσκουσιν,	ἔπικλείσουσιν,
v. 209. σύψῃ ὑπαῖ	τύψεν ὑπὸ	v. 461. Ιέναι	Ιέναι
v. 219. ἀγε θέσθ'	ἀζεοθ'	v. 467. ἔνθα	ἐν δὲ
v. 249. ἀπροτίστον δμίχλην·	ἀπροτίστος δμίχλη·	v. 476. δς	δη'
v. 251. Ελοντο	Ελοιντο.	v. 484. καὶ ἐπὶ	δη ἐπι
v. 284. ἐπ'	ἄρ'	v. 488. ἀφρασίη	ἐν κραδη (2)
v. 286. μετ'	μέγ'	v. 495. λυγρὸν	λυγρῆ
v. 324. ἀύτεον.	ἀύτευν.	v. 496. ἐπὶ	περὶ
v. 360. ἐντύναντο	ἐντύνοντο	v. 515. ἀχλὺς ἄρ' ἀμφεκάλυψε	ἀχλὺς ἀμφεκάλυψε
v. 361. μίη—δρμη.	μίη—άρμη.	v. 528. ἡεν,	αἰέν,
v. 365. τοῖαι Ἀργείων	τοῖαι ἄρ' Ἀργείων	v. 544. ἄρα	ἄμα
v. 367. δηράμεναι	δηράμενοι	v. 545. χαίρεται	χαίρετ' ἄρ'
v. 372. βελεμνοῖς,	βελεμνοῖς,	v. 559. πού	γάρ
v. 379. δρόμος ει δ'	βρόμος ει δ'	v. 564. οὐνεκά σφιν μέγα	οὐνεκ' ἄρα σφίσι
v. 432. πόληος, ἐών	πόληος ἐχη, (1)	v. 580. οὔρεσι καχγαλόωσα	οὔρεσιν ἀσχαλόωσα
v. 450. ἐπιβήσατο	ἐπεβήσατο	v. 583. ἀχνυμένη	ἐσπομένη
v. 472. συνηλοιώτω	συνηλοιώτο	v. 585. φόνου ει σφίσι	φόνωι ει μέγα
v. 495. καὶ	σὺν	L. XIII. v. 4. περὶ	περὶ
L.XII. v.30. πάντα	πάντες	v. 19. φρένα	φρένας
v. 31. ἐν κλισίης	δς κλισίας	v. 36. ἀτρεκέως	ἀτρεμέως
v. 43. ἄμα	ἀνὰ	v. 42. ἔξανέδυσεν ιδὼν	ἔξανέδυ σανδῶν
v. 53. οὐ γάρ	οὐχί	v. 54. ἀλλοθεν ἄλλοι	ἄλλοις ἐπ' ἄλλω
v. 55-56. ἀλλα Ζηνός· & μὲν	ἄλλα· Ζηνός μὲν	v. 68. ἀτρομοι	ἀτρομοι
v. 65. σφιν	σφισι	v. 70. ἀνίσχοι	ανίσχοι
v. 76. πολλά	πάντα	v. 73. ἐπιβρίσουσι	ἐπιβρίσωσι

(1) V. 404 interpretes in verbis ἀλλ' δσα πάντα offenduntur. Struvius ἀλσεα πάντα tentavit, quod falsum esse Lehrsius videns requiri dicit huiusmodi aliquid: μηλονόμοι καὶ πώει πάντα. Kœchlyus fortasse scribendum existimat αἰκόλοι αἰνά. Nonne sufficeret scribere: ἀλλ' ἄμα πάντα?

(2) Aut sic, aut ἀγαλέην scribi Lehrsius vult.

PRÆFATIO.

IN TYCHSENI EDITIONE :

- v. 89. οἱ
v. 106. γε
v. 110. λυγρῆς,
v. 113. ἔχειν
v. 132-133. Τρῶες. ὡς δ' ὑπὸ^{τοῦ}
v. 139. δλέκουσι μένοντες
v. 152. τμηθέντες
v. 162. μεγάροιν
v. 183. ἐνὶ^{τοῦ}
v. 192. γέροντι τεᾶς
v. 241. κάρη.
v. 244. πολλὸν
v. 250. πολλῶν
v. 257. οὗτοι
v. 268. φίλου, αἰνὸν
v. 276. ἐνὶ^{τοῦ}
v. 295. δς
v. 345. οἱ, εἰ δὲλλων δν
v. 348. μὴν
v. 362. σ' ἐδέξατ'
v. 368. ἀρ̄ ἴμελλεν
v. 384. παρ'
v. 394. ἀρ̄ίζηλο
v. 401. θεῇ
v. 405. ἀρ̄ ἐθελγεν
v. 410. ἀναιρέμεν
v. 425. οὐδὲ ή
v. 428. ἐτρεσεν
v. 429. ἐπει οἱ
v. 445. αὐτὸν
v. 452. ἡριπεν
v. 489. ὑπὲκ
v. 518. οἱ
v. 522. ἀναιμήσαντο
v. 542. τι μυρομένων
εἰ περιπίπτατ'

IN EDITIONE NOSTRA :

- τοι
ε
λυγρῆς,
ἔλειν
Τρῶες, ὡς ὑπὸ^{τοῦ}
δλέκουσιν δλοντες
δμηθέντες
μεγάροιο
ἐπι
γέροντος ἔας (1)
κάρην
πουλὺν
πάντων
οῦ πω
φίλου ἔνδον,
Ἐνὶ^{τοῦ}
ώς
και ετ ἀλλ' δσ' ἐνὶ^{τοῦ}
μι' ή
σε δέξατ'
ἀρ̄α μέλλεν
και
ἀρ̄ίζηλον
θεὰ
ἀρ̄α θελγεν
ἐναιρέμεν
οὐδ' ήγ'
ἐτρεμεν
δτι οἱ
αὐτὸς (2)
ἄρριψεν
ὑπὲκ
τοι (3)
ἀναιμήσαντο
κινυρομένων
περιπίπτατ'

IN TYCHSENI EDITIONE :

- v. 555. ἐπ' ὅψει
L.XIV. v. 12. οἱο
v. 20. Κασσάνδραν
v. 53. ἀκοίτου
v. 92-93.
v. 113. καὶ οὐδεος
v. 121-122.
v. 142.
v. 159. πάρος μεμανταν
v. 166. Ισχορεν
v. 171. ἄρ'
v. 172. βλεφάρων ἥλειβετο
v. 178. συνέχοντο
v. 188. ἀδην ἐμδν
v. 198. ἀποέντηνθ'.
v. 214 et 241. ἐύπεπλον
v. 262. ίκχυσο
v. 263. χείματι
v. 265. περιτρόχωσι
v. 269. στεναχῆσι
v. 281. ἀνωμέσοκε
v. 283. σπαργένσα
v. 292. ἡδε ετ ἡδ'
v. 299. ἐνὶ μανεται
v. 302. βλεφάρων χεύοντο
v. 328. οιδρμα
v. 386. δε τά
v. 389. ἀπόπροθε
v. 402. αὐτοι
v. 444. οὔτι
v. 495. τις
v. 504. διέγενον
v. 507. πότμον
v. 557. μὲν
v. 590. Ός

IN EDITIONE NOSTRA :

- ἐπόψιας
ἀκρι
Κασσάνδρην
ἀκοίτων
lacuna.
διειδός
lacuna.
in uncis.
μέγ' ἄμμεμανταν
Ισχέμεν
ἄρ'
βλεφάροιν ἐλείβετο
συνέχυντο
έρητον
έπηένθη.
εύπεπλον
ίκχυτο
χέρματι
περιτρίζωσι
στοναχῆσι
ἀνωμάζεσκε
σπαργάσσα
ἡδε ετ ἡδ'
ἴτ' λαίνεται
βλεφάροιν έχυντο
χεύμα
δ' ἕα (4)
ἀπόπροθι
παύροι
οὔτοι
οἱ (5)
διέγενον
πότμον
μέγ'
Ὄς

TRYPHIODORUM e Wernickii recensione imprimendum curavimus, nisi quod versus mendoza, quos ille asterisco notavit, e virorum doctorum coniecturis iis, quæ maxime probabiles nobis visæ sunt, emendavimus. Versum 301, magis corruptum, quam ut poetæ scripturam divines, deditus, quomodo apud priores editores ipsumque Wernickium legitur.

TZETZES e Bekkeri recensione prodit, correctis levibus paucis sive editoris sive typothetarum erroribus.

In interpretationibus latinis, quas nostris poetis addidimus, elegantiam frustra quæres, quum græca, quantum fieri potuit, ad verbum reddere statuerimus,

(1) In hoc versu a variis varie tentato εἰδεσαι δντα γέροντος ἔχειν χέρας legendum olim conieciimus. Nunc tamen lectionem a nobis receptam bene habere putamus, neque Κοεχλιος aliquid excidisse nobis persuadet.

(2) V. 432 Struvius et Bonitus mutata interpunctione αἰνὸν ὄμοι· καίοντο legere voluerunt. Sed δμοῦ, quod Rhodomanus interposuit, ubi lacuna olim fuerat, mendoza est. Totum locum intento animo legentibus nobis suspicio movetur, duo hemistichia inter αἰνὸν et καίοντο excidisse.

(3) V. 497 καίπερ ἐλδομένη vitiosum est. Lehrsius καὶ πρὶν ἐλδομένη, Κοεχλιος καίπερ ἀλωμένη coniecit, uterque dubitanter.

(4) Versum 386 et 387, in quibus Pauwius verum iam viderat, melius ita dispositissimus :

καὶ δ' αἱ μὲν περὶ γούνας ἔχον χέρας· αἱ δὲ μέτωπα
 * * * * * αἱ δ' αἱ τάκνα

δμπεχον x. τ. λ.


(5) Miramus, cur Κοεχλιος, quoniam v. 483 κανεψ improbabet, κοινῷ potius quam κοιλῷ succurrerit.

quo consilio in Hesiodo magis etiam stetimus quam in reliquis auctoribus. Priorum versionum, quæ earum natura erat, modo plura, modo pauciora, interdum nulla reperies vestigia. Tzetzen etiam interpretatione donavimus, non quo operæ pretium esse putaremus, hunc laborem in poetillam impendere, sed ut æquabilitatis legem editioni nostræ præscriptam observemus.

Indicibus nominum et rerum, quos singulis auctoribus subiunximus locupletissimos, lectorum commodo nos optime consuluisse eorumque approbationem meruisse confidimus.

Iam lectores harum rerum periti operam nostram benigne iudicent, reliqui iudicio abstineant velimus, valere iubemus omnes.

Parisiis, Kalendis Decembribus a. MDCCCXXXIX.




ΗΣΙΟΔΟΥ

ΕΠΗ

ΚΑΙ ΕΠΩΝ ΛΕΙΨΑΝΑ.

HESIODI

CARMINA ET FRAGMENTA.



ΗΣΙΟΔΟΥ ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Μουσάν 'Ελικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν,
αἴθ' 'Ελικῶνος ἔχουσιν δρός μέγα τε ζάλεόν τε,
καὶ τε περὶ κρήνην λοειδέα πόσσ' ἀπαλοῖσιν
δρχεῦνται καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος·
οὐ καὶ τε λοεστάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο,
ἢ Ἰππου κρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο,
ἀκροτάτῳ Ἐλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο,
καλοὺς, ἴμερδεντας ἐπερδώσαντο δὲ ποστάν.
Ἐνθεν ἀπορνύμεναι, κεκαλυμμέναι ἡρι πολλῇ,
10 ἐννύχιαι στεῖχον περικαλλέα δσσαν λεῖσαι,
ὅμνεῦσαι Δία τ' αἰγίοχον καὶ πότνιαν Ἡρῆν,
Ἄργειν, χρυσόσιοι πεδίλοις ἐμβεβαίαν,
κούρην τ' αἰγιώχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Φοῖούν τ' Ἀπόλλωνα καὶ Ἀρτεμιν ἰοχέαιραν,
15 ἢδε Ποσειδάνια γαιήσιον, ἐννοσήγαιον,
καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἐλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἡβῆν τε χρυσοστέφανον καλήν τε Λιώνην,
[Ἡῶ τ' Ἡέλιον τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην,]
Λητῶ τ' Ἰάπετόν τε ἴδε Κρόνον ἀγκυλομήτην,
20 Γαιάν τε Ήχεανόν τε μέγαν, καὶ Νύκτα μελαιναν,
ἄλλων τ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἔοντων·
αἴ νύ ποδ' Ἡσιόδον καλὴν ἐδίδαξαν αἰδήνην,
δρνας ποιμανὸνθ' Ἐλικῶνος ὅπο ζαλέοιο.
Τόνδε δέ με πρώτιστα θεατὴ πρὸς μῆθον ζειπταν,
25 Μοῦσαι Ὄλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιώχοι·

Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
ἴδμεν φεύδεια πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν δμοῖα,
ἴδμεν δ', εὐτ' ἐθελωμεν, ἀληθέα μυθῆσασθαι.

Ὦς ἔρασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι·
30 καὶ μοι σχῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος δῖον
δρέψασθαι θητητόν· ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδήν
θείην, ὡς κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἔοντα.
Καὶ με κελονθ' ὑμνεῖν μαχάρων γένος αἰὲν ἔοντων,
ὅρδες δ' αὐτὰς πρώτον τε καὶ ὑστατον αἰὲν ἀείδειν.
35 ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην;

Τύνη, Μουσάν ἀρχώμεθα, ταὶ Διὶ πατρὶ¹
ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὄλύμπου,
εἰρεῦσαι τά τ' ἔοντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἔοντα,
φωνῇ δμηρεῦσαι· τῶν δ' ἀκάματος ρέει αἰδήνη
40 ἐξ στομάτων ἥδεισ· γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς
Ζηνὸς ἐγιρδούπτοιο θεᾶν ὅπι λειρισέσση
σκιδναμένῃ· ἥχει δὲ κάρη νιφόντος Ὄλύμπου,
δώματά τ' ἀθανάτων. Αἱ δ' ἀμέρτοτον δσσαν λεῖσαι
θεῶν γένος αἰδοίων πρώτον κλείουσιν αἰδήνη
50 ἐξ ἀρχῆς, οὓς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εύρυς ἔτικτεν,

HESIODI THEOGONIA.

A Musis Heliconiadibus incipiamus canere,
quae Heliconis habitant montem magnumque divinumque,
atque circa fontem nigrum pedibus teneris
saltant, et aram præpotentis Saturnii,
atque ablutæ tenerum corpus aqua Permessi,
aut Hippocrenes, aut Olmii sacri,
summo in-Helicone choreas ducebant
pulchras, amabiles; tripudiabant vero pedibus:
Inde concitatae, velatae aere multo,
noctu incedebant, per pulchram vocem emittentes,
celebrantes Jovemque ægida-tententem et venerandam Junonem] argivam, aureis calceamentis incidentem:
filiamque ægida-tententis Jovis, cœruleis-oculis Minervam,
Phœbumque Apollinem et Dianam sagittis-gaudentem,
alique Neptunum terram-continentem, terram-moventem,
et Themin venerandam, et pectinis-oculis Venerem,
Hebenque aurea-corona, formosamque Dionen,
[Auroramque, Solemque magnum, splendidamque Lunam,]
Latonamque, Japetumque et Saturnum versipellem,
Terramque, Oceanumque vastum et Noctem atram,
aliorumque immortalium sacrum genus semper existentium:
quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,
agnos pascentem Helicone sub divino.
Hoc autem me primum Deæ sermone compellarunt,
Musæ Olympiades, filiae Jovis ægida-tententis:

Pastores agrestes, mala probra, ventres solum,
scimus falsa multa dicere veris similia:
scimus autem, quando voluerimus, vera logui.

Sic dixerunt filiae Jovis magni veridicæ,
et mihi sceptrum dederunt, lauri perviridis ramum,
ut-decerperem, mirandum. Inspirarunt autem mihi vocem
divinam, ut canerem futuraque præteritaque.
Et me jubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,
se vero ipsas primo et postremo semper canere.
Sed quo mihi haec circa quercum aut circa petram?

O tu, a Musis ordiamur, quæ Jovi patri
canendo oblectant magnum animum in Olympo,
memorantes præsentiaque futuraque præteritaque,
voce concinantes. Earum vero indefessa fluit vox
ab ore suavis. Rideat autem domus patris
Jovis valde-tonantis, Dearum voce liliacea
disparsa. Resonat vero vertex nivosi Olympi,
domusque immortalium. Hæ vero immortalem vocem emitentes,] deorum genus venerandorum primo celebrant cantilenas ab exordio, quos Tellus et Cœlum latum generunt,

οἱ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοί, δωτῆρες ἔάων.
 Δεύτερον αῦτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἡδὲ καὶ ἀνδρῶν,
 ἀργόμεναι οὐ νύνεσι θεαὶ λήγουσί τ' ἀσιδῆς,
 δισσον φέρτατός ἐστι θεῶν κράτετ τε μέγιστος.
 60 Αὗτις δὲ ἀνθρώπων τε γένος χρατερῶν τε γιγάντων
 νύνεσαι τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλύμπου
 Μοῦσαι Ὄλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
 τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέχε πατρὶ μιγεῖσα
 Μνημοσύνη, γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα,
 σε λητησούσην τε κακῶν ἀμπαυμά τε μεριμνάων.
 Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο μητίετα Ζεὺς
 νόστριν ἀπ' ἀθανάτων ιερὸν λέγος εἰςαναβαῖνων.
 ἀλλ' ὅτε δὴ δὲ ἐνισυτὸς ἦγε, περὶ δὲ ἔτραπον ὥρα,
 μηνῶν φθινότων, περὶ δὲ θύματα πολλὰ ἐτελέσθη,
 80 ή δὲ ἐτεκ' ἐννέα κοῦρας δυσύροντας, ήσιν ἀσιδῆ
 μέμβλεται, ἐν στήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχούσαις,
 [τυθὸν ἀπ' ἀκροτάτης χορυφῆς νιφάδεντος Ὄλυμπου,
 ἐνθα σῷν λιπαροῖ τε χοροῖ καὶ δώματα καλά.
 πάρ' δὲ αὐτῆς Λάριτές τε καὶ Ἰμερος οἰκί' ἔχουσιν.]
 85 ἐν Οχλίγες ἐρατὴν δὲ διὰ στόματ' ὅσσαν οἰσται
 μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ θύεα κεδνά
 ἀθανάτων κλείουσαι, ἐπέρχοντον ὅσσαν οἰσται.
 Αἱ τότε ίσαν πρὸς Ὄλυμπον ἀγαλλόμεναι διπλαῖς,
 ἀμφοροῖς μολπῇ περὶ δὲ λαγεῖς γαῖα μέλαινα
 70 νύμενοις, ἐρχτὸς δὲ ποδῶν ὑπὸ δοῦπος δρύρει,
 νισσομένων πατέρ' εἰς δν· δὲ οὐρανῷ ἐμβασίλεύει,
 αὐτὸς ἔγων βροντὴν ἥδ' αἰνιαλέντα κεραυνὸν,
 κάρτεϊ νικήσας πατέρα Κρόνον. Εὖ δὲ ἔκαστα
 ἀθανάτοις διέταξεν δμῶς καὶ ἐπέρραδε τιμῆς.
 75 Ταῦτα δέ Μοῦσαι αἴειδον Ὄλυμπια δύματ' ἔγους
 ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἔκγεγαυῖαι, [σαι,
 Κλειώ τ' Εὐτέρη τε, Θάλειά τε Μελπομένη τε,
 Τερψιγόρη τ' Ερατώ τε, Πολύμνια τ' Οὐρανίη τε,
 Καλλιόπη θ'. Η δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἀπτοσέων.
 80 Ή γάρ καὶ βασιλεῦσιν ἄμ' αἰδοίοισιν δπηδεῖ,
 δντινα τιμήσωσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
 γεινόμενόν τ' εἰδίωσι διοτρεπέων βασιλήιων,
 τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν γείουσιν ἔέρσην,
 τοῦ δὲ ἐπε' ἐκ στόματος δὲι μειλιχα· οἱ δὲ νυ λαοὶ
 85 πάντες ἔς αὐτὸν δρῶσι δισκρίνοντα θύμιστας
 θείγησι δίκησιν δὲ ἀσφαλέως ἀγορεύων
 αἰψά τε καὶ μέγα νείκος ἐπισταμένως κατέπαυσε·
 τούνεκα γάρ βασιλῆες ἔγέροντες, ούνεκα λαοῖς
 βλαχπομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι
 90 βρηδίως, μαλαχοῖσι παραιτάμενοι ἐπέεστιν.
 Ερχόμενον δὲ ἀνὰ ἀστον θεὸν δις ἐλάσκονται
 αἰδοῖ μειλιχή, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισι·
 οἵτα τε Μουσάων ιερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.
 Ἐκ γάρ Μουσάων καὶ ἔχηθολου Ἀπολλωνος
 95 ἀνδρες αἰδοῖ ἔχονται ἐπὶ γῆνα καὶ κιθαρισταῖ·
 ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες δὲ ὅληις, δντινα Μοῦσαι
 φιλωνται· γλυκερὴ οἱ ἀπὸ στόματος δέει αὐδῆ.
 Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔγων νεοχηδεῖ θυμῷ
 ἀζηταὶ κραδίην ἀσαγγίμενος, αὐτάρ δοιδος

HESIODI THEOGONIA.

quique ex his prognati sunt Dii, datus bonorum.
 Secundo etiam Jovem, Deorum patrem atque etiam hominum,
 Incipientesque celebrant Deae finiuntque carmine *celebrare*,
 quam præstantissimus sit Deorum imperioque maximus.
 Porro autem hominumque genus fortiumque gigantum
 celebrantes oblectant Jovis mentem in Olympo
 Musæ Olympiades, filiae Jovis ægida-habentis :
 quas in Pieria Saturnio peperit patri mista
 Mnemosyne, arvis Eleutheris imperans,
 oblivionemque malorum solatiumque curarum.
 Novem enim cum ea noctes mistus est prudens Jupiter,
 seorsim ab immortalibus, sacrum lectum concendens.
 Sed cum jam annus esset, circumvolverentur vero tempestates,]
 mensibus exactis, diesque multi transacti essent,
 ipsa peperit novem filias concordes, quibus carmen
 curæ est, in pectoribus securum animum habentibus,
 [paululum a summo vertice nivosi Olympi,
 ubi ipsis splendidique chori et ædes pulchræ.
 Juxta vero eas Gratiaque et Cupido domos habitant,]
 in conviviis : amabilem autem per os vocem emittentes,
 canunt omniumque leges et mores venerandos
 immortalium celebrant, amabilem vocem emittentes.
 Illæ tum ibant ad Olympum exultantes voce pulchra,
 immortalis cantilena : circum vero resonabat terra atra
 canentibus : jucundus vero a pedibus strepitus excitabatur,
 euntium patrem ad suum. Is autem in celo regnat,
 ipse habens tonitru atque ardens fulmen,
 vi superato patre Saturno. Bene autem singula
 immortalibus dispositus simul, et ordinavit honores.
 Hæc sane Musæ canebant, cælestes domos incolentes :
 Novem filiae magno e Jove prognatae :
 Clioque Euterpeque Thaliaque Melpomeneque,
 Terpsichoreque Eratoque, Polymniaque Uraniaque,
 Calliopeque : hæc autem præstantissima est omnium.
 Hæc enim et reges venerandos comitatur.
 Quemcumque honorarunt Jovis filiae magni,
 nascentemque adspicerunt a Jove nutritorum regum,
 huic quidem super linguam dulcem fundunt rorem,
 hujus vero verba ex ore fluunt suavia : at sane populi
 omnes ipsum respiciunt, reddente jugis
 rectis judiciis. Hic autem secure concionabundus
 statim etiam magnam contentionem scite dirimbat.
 Propterea enim reges prudentes sunt, ut populis
 laesis in-foro integras res restituant
 facile, molibus alloquentes verbis.
 Incidentem vero per urbem, tanquam Deum, venerantur
 reverentia blanda : eminent vero inter congregatos.
 Taleque Musarum sanctum munus hominibus.
 A Musis enim et eminus-seriente Apolline
 viri cantores sunt super terram et citharoëdi,
 ex Jove vero reges. Ille vero beatus, quemcumque Musæ
 amant : suavis ei ab ore fluit vox.
 Si quis enim vel luctum habens recens-afflito animo
 tristetur, animo dolens, sed cantor

100 Μουσάων θεράπων κλεία περοτέρων ἀνθρώπων
ἔμνηση, μάκαράς τε θεούς, οἱ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
αἷμ' δγε δυσφρονέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων
μέμνηται· ταχέως δὲ παρέτραπε δύρα θεάων.

Χαίρετε, τέκνα Διὸς, δότε δ' ἵμερόεσσαν ἀοιδήν.

105 [Κλείετε δ' ἀθανάτων Ἱερὸν γένος αἰὲν ἔοντων,
οἱ γῆς ἔεγένεντο καὶ οὐρανοῦ ἀστερέαντος,
νυκτὸς τε δνοφερῆς, οὓς θ' ἀλμυρὸς ἐτρεφε πόντος.]
Ἐίπατε δ' ὡς ταπρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,
καὶ ποταμοὶ καὶ πόντος ἀπείριτος, οἴδματι θύων,
110 ἀστρα τε λαμπτέωντα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν,
οἱ τ' ἐκ τῶν ἔγενοντο θεοὶ, δωτῆρες ἔσσων,
δις τ' ἀφενος δάσσαντο καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο,
ἡδὲ καὶ ὡς ταπρῶτα πολύπτυχον ἔσχον Ὄλυμπον.
Ταῦτα μοι ἔσπετε Μοῦσαι Ὄλυμπια δώματ' ἔχουσαι
μι εἰς ἀρχῆς, καὶ εἴπαθ' δ τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.

"Ητοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτάρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερον, πάντων ἕδος ἀσφαλές αἰεὶ^[ἀθανάτων, οἱ ἔχουσι κάρη νιφέντος Ὄλυμπου,]
Τάρταρά τ' ἡρόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης,
120 ἡδ' Ἔρος, δις κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
λυσιμελῆς πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
δαμνῷ τ' ἐν στήθεσσι νόν καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Ἐξ Χάος δ' Ἔρεβός τε μελαινά τε Νῦξ ἔγενοντο.
Νυκτὸς δ' αὐτὸς Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἔεγένεντο,
125 οὓς τέκε κυαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἴσον ἔστι τῇ
Οὐρανὸν ἀστερέανθ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
δρφ' εἰη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλές αἰεὶ.

Γείνατο δ' Οὔρεα μακρὰ, θεῶν χαρίεντας ἐναύλους,
130 Νυμφέων, αἱ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήντα.
Ἵδε καὶ ἀτρύγετον πελαγὸς τέκεν, οἴδματι θύων,
Πόντον, ἀτερ φιλότητος ἐφιμέρους· αὐτάρ ἔπειτα
Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα τέκ' Ἀκεανὸν βαθυδίνην,
Κοιόν τε Κριόν θ', Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε,
135 Θείην τε Ρείην τε, Θέμιν τε Μνημοσύνην τε,
Φοίβην τε χρυσοστέφανον Τηθύν τ' ἐρατεινήν.
Τοὺς δὲ μέθ' ὅπλότατος γένετο Κρόνος ἀγχυλομήτης,
δεινότατος παῖδων· θαλερὸν δ' ἡχθηρε τοκῆα.
Γείνατο δ' αὖτις Κύκλωπας ὑπέρβιον ἡτορ ἔχοντας,
140 Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἀργην διμεριμόθυμον,
οἱ Ζηνὶ βροντὴν τ' ἔδοσαν τεῦχάν τε κεραυνόν.
Οἱ δ' ἦτοι τὰ μὲν ἀλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἥσαν,
μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσων ἐνέκειτο μετώπῳ.
[Οἱ δ' εἰς ἀθανάτων θυητοὶ τράφεν αὐδήντες·
Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἔσαν ἐτώνυμον, οὖνεκ' ἀρά σφέων
145 κυκλοτερῆς ὀφθαλμὸς ἔεις ἐνέκειτο μετώπῳ.]
Ισχύς τ' ἡδὲ βίη καὶ μηχανὴ ἔσαν ἐπ' ἔργοις.
Ἄλλοι δ' αὖτις Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἔεγένεντο
τρεῖς παιδες μεγάλοι τε καὶ διμεριμοι, οὐκ ὄνομαστοι,
Κόττος τ' Ὁβριάρεως τε Γύης θ' ὑπερήφανα τέκνα.
150 Τῶν ἔκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὄμμαν αἴστοντο
ἀπλητοι, κεφαλαὶ δὲ ἐκάστω πεντήκοντα
εἰς ὄμμαν ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖς μέλεσσιν.

Musarum famulus gloriam priscorum hominum
celebraverit beatosque Deos, qui Olympum incolunt;
statim hic sollicitudinum obliviscitur, nec quicquam dolorum
meminit: citò vere deflexerunt eos dona Dearum.

Salvete, naiae Jovis, date vero amabilem cantilenam.
[Celebrate autem immortalium sacram genus, semper exsistentium,] qui tellure prognati sunt et caelo stellato,
nocteque caliginosa, quosque salsus nutritiv pontus.]
Dicite autem, quomodo primum Dii et terra facti-sint
et flumina et pontus immensus, aëstu furens,
astraque fulgentia et cœlum latum superne:
et qui ex his nati sunt Dii, datores bonorum,
utque opes divisorint et quomodo honores distinxerint,
atque etiam quomodo primum multicavum tenuerint Olympum:] haec mihi dicite, Musæ, celestes domos inhabitantes,
ab initio, et dicite quidnam primum fuerit illorum.

Igitur primum quidem Chaos fuit, ac deinde
Tellus lato-pectore, omnium sedes tuta semper
[immortalium, qui tenent juga nivosi Olympi,]
Tartaraque tenebrisca in-recessu terræ spatiose:
alique Amor, qui pulcherrimus inter immortales Deos,
solvens-curas omniumque Deorum omniumque hominum,
domat in pectoribus animum et prudens consilium.
Ex Chao vero Erebusque nigraque Nox editi-sunt.
Ex Nocte porro Aetherque et Dies prognati-sunt:
quos peperit, ubi-conceperat, Erbo concubitu mista.
Tellus vero primum quidem genuit æqualem sibi
Cœlum stellatum, ut ipsam totam circumtegat,
ut esset beatis Diis sedes tuta semper.
Genuit vero Montes altos, Dearum grata domicilia
Nympharum, quas habitant per montes saltuosos.
Atque etiam infrugiferum pelagus peperit aëstu furens,
Pontum, absque amore suavi: sed deinde
Cœlo concumbens, peperit Oceanum profundis-vorticibus,
Cœumque Criumque, Hyperionemque Japetumque,
Theamque Rheamque, Theminque Mnemosynenque,
Phœbenque aurea-corona, Tethynque amabilem.
Hos vero post natu-minimus natus-est Saturnus versutus,
sævissimus inter-liberos: floridum autem oderat parentem.
Vero etiam genuit Cyclopes superbū cor habentes,
Brontenque Steropenque et Argen forti-animo,
qui Jovi et tonitru dederunt et fabricarunt fulmen.
Hi autem sane cæterum quidem Diis similes erant,
unus vero oculus media positus-erat in-fronte.
[Hi vero ex immortalibus mortales evaserunt loquentes:
Cyclopes vero nomen erat impositum, eo quod ipsorum
orbiculatus oculus unus inerat fronti:]
roburque ac vires et variae-artes erant in operibus.
Alii vero etiam e Tellureque et Cœlo prognati-sunt
tres filii magnique et prævalidi, nefandi,
Cottusque Briareusque Gyasque, superba proles.
Quorum centum quidem manus ab humeris prorumpabant
inaccesso, capita vero unicuique quinquaginta
ex humeris prognata-erant super robustos artus.

Ισχὺς δ' ἀπλητος χρατερὴ μεγάλω ἐπὶ εἶδει.
 "Οσσοι γὰρ Γαῖης τε καὶ Οὐρανοῦ ἔξεγένοντο,
 155 δεινότατοι παιδῶν, σφετέρῳ δ' ἄκθοντο τοκῆι
 ἐξ ἀρχῆς. Καὶ τῶν μὲν δπως τις πρώτα γένοιτο,
 πάντας ἀποχρύπτασκε, καὶ ἐς φόρος οὐκ ἀνίσκει,
 Γαῖης ἐν κευθμῶνι, κακῷ δ' ἐπετέρπετο ἔργῳ
 Οὐρανός· ἡ δ' ἐντὸς στοναχίζετο Γαῖα πελώρῃ
 160 στεινομένη· δολίην δὲ κακήν ἐπεφράσσατο τέχνην.
 Αἴψα δὲ ποιήσασα γένος πολιοῦ ἀδάμαντος
 τεῦχε μέγα δρέπανον καὶ ἐπέφραδε παισὶ φύλοισιν.
 Εἶπε δὲ θαρσύουσα, φύλον τετιμένη ἦτορ·
 Παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρὸς ἀτασθάλου, αἰκὲν θελῆτε
 165 πειθεσθαι, πατρός κε κακήν τισαίμεθα λώθην
 ὑμετέρου· πρότερος γὰρ ἀσικέα μῆστο ἔργα. [τῶν
 "Ως πάτος τοὺς δ' ἄρα πάντας ἔλεν δέος, οὐδέ τις αὐ-
 φιέγξασθαι· θαρσήσας δὲ μέγας Κρόνος ἀγκυλομῆτης
 ἀψ αὗτις κύβοισι προσηγόριστος μητέρα κεδνήν·
 170 Μῆτερ, ἐγώ κεν τοῦτο γ' ὑποσχόμενος τελέσαιμι
 ἔργον, ἐπεὶ πατρός γε δυσωνύμου οὐκ ἀλεγίω
 ὑμετέρου· πρότερος γὰρ ἀσικέα μῆστο ἔργα.
 "Ως φάτο· γῆθησεν δὲ μέγα φρεσὶ Γαῖα πελώρῃ.
 Εἴσει δέ μιν κρύψασα λόχῳ· ἐνέθηκε δὲ χειρὶ
 175 ἀρπην καρχαρόδοντα· δόλον δ' ὑπεύχατο πάντα.
 "Ηλθε δὲ Νύξ ἐπάγων μέγας Οὐρανὸς, ἀμφὶ δὲ Γαῖη
 ιμείρων φιλότητος ἐπέσχετο καὶ β' ἐτανύσθη
 πάντῃ· δ' ἐκ λοχεοῖ πάντις ὠρέκατο χειρὶ
 σκαῖῃ, δεκτερῇ δὲ πελώριον Ἐλαβεν ἀρπην,
 180 μαχρήν, καρχαρόδοντα, φύλοι δὲ πέπο μῆδεα πατρὸς
 ἐστυμένων ἥμησε, πάλιν δὲ ἔρδιψε φέρεσθαι
 ἔξοπλοισ. Τὰ μὲν οὕτι ἐτώτια ἔχρυγε χειρός·
 δοσσαὶ γὰρ φιθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἵματόσσαι,
 πᾶσας ἐδέξατο Γαῖα· περιπλομένων δὲ ἐνισιτῶν
 185 γενναῖς· Ερινῦς τε κρατερὸς μεγάλους τε Γίγαντας,
 τεύχεισι λαμπομένους, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας,
 Νύμφας δὲ καὶ Μελιταῖς καλέουσ' ἐπ' ἀπέρονα γαῖαν·
 μῆδεα δὲ νάς τοπρῶτον ἀποτιμήσας ἀδάμαντι
 κάθησαλ' ἀπ' Ἡπείρου πολυκλύστηρ ἐνὶ πόντῳ,
 190 ὃς φέρετ' ἀμπελαγος πουλὺν χρόνον, ἀμφὶ δὲ λευκὸς
 ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροδὸς ὥρνυτο· τῷ δὲ ἐνὶ κούρῃ
 ἐθρέψθη· πρῶτον δὲ Κυθήροιςι ζαθεοῖσιν
 ἐπλητ· ἐνθεν ἐπειτα περιέρδυτον ἔκετο Κύπρον.
 "Ἐκ δὲ ἔη αἰδοίη καλὴ θεὸς, ἀμφὶ δὲ ποίη
 195 ποσσὸν ὅποι φιδινοῖσιν ἀέξετο· τὴν δὲ Ἀφροδίτην,
 ἀφρογενέα τε θεὸν καὶ ἔυστέφανον Κυθέραιν
 κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὖνεκ' ἐν ἀρρῷ
 θρέψθη· ἀτὰρ Κυθέραιν, διτὶ προσάκυρσε Κυθήροις.
 Κυπρογενέα δὲ, διτὶ γέντος πολυκλύστηρ ἐνὶ Κύπρῳ·
 200 ηδὲ φιλομηδέα, διτὶ μηδέων ἔξεφανθη.
 Τῇ δὲ Ἐρος ὁμάρτησε, καὶ Ἰμερος ἔσπετο καλὸς
 γεινομένη τεπρῶτα δεῶν τ' ἐς φύλον ιούσῃ.
 Ταύτην δὲ ἀρχῆς τιμὴν ἔχει ηδὲ λελογχε
 μοῖραν ἐν ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
 205 παρθενίους τ' δάρους μειδήματά τ' ἔξαπάτας τε
 τέρψιν τε γλυκερὴν φιλοτητά τε μειλιχίην τε.

HESIODI THEOGONIA.

Robur autem inaccessum, validum, ingenti in statura.
 Quotquot enim Tellureque et Cœlo procreati sunt,
 potentissimi sunt filiorum, a-suo vero infestabantur parente
 ab initio. Et horum quidem ut quisque primum nascebatur,
